

C. 4. 21. 17

De fide instrumentorum

17 *Imp. Iustinianus A. Menae pp.* Contractus venditionum vel permutationum vel donationum, quas intimari non est necessarium, dationis etiam arrarum vel alterius cuiuscumque causae, illos tamen, quos in scriptis fieri placuit, transactionum etiam, quas instrumento recipi convenit, non aliter vires habere sancimus, nisi instrumenta in mundum recepta, subscriptionibusque partium confirmata et, si per tabellionem conscribantur, etiam ab ipso completa et postremo¹⁰ partibus¹¹ absoluta sint, ut nulli liceat prius, quam haec ita processerint, vel a scheda conscripta, licet litteras unius partis vel ambarum habeat, vel ab ipso mundo, quod necdum est impletum

et absolutum aliquod ius sibi ex eodem contractu vel transactione vindicare adeo ut nec illud in huiusmodi venditionibus liceat dicere, quod pretio statuto necessitas venditori imponitur vel contractum venditionis perficere vel id quod emptoris interest 1 ei persolvere. Quae tam in postea conficiendis instrumentis quam in his, quae iam scripta nondum autem absoluta sunt, locum habere praecipimus, nisi iam super his transactum sit vel iudicatum, quae retractari non possunt: exceptis emptionalibus tantum instrumentis iam vel in scheda vel in mundo conscriptis, ad quae praesentem sanctionem non extendimus, sed prisca iura in his tenere concedimus. 2 Illud etiam adicientes, ut et in posterum, si quae arrae super faciendam emptionem cuiuscumque rei datae sunt sive in scriptis sive sine scriptis, licet non sit specialiter adiectum, quid super isdem arris non procedente contractu fieri oporteat, tamen et qui vendere pollicitus est, venditionem recusans in duplum eas reddere cogatur, et qui emere pactus est, ab emptione recedens datis a se arris cadat, repetitione carum deneganda. D. k. Iun. Constantinopoli dn. Iustiniano A. II cons. [a. 528]

C. 4. 21. 17 De fide instrumentorum
(traduzione delle ll. 1-15)

Decretiamo (*sancimus*, l. 7) che i contratti relativi a vendite, permutate o donazioni che non è necessario 'insinuare', e a consegna di *arrae* o di qualunque altro tipo, quei contratti tuttavia che si è deciso di fare per iscritto, e quelli relativi a transazioni che si è concordato di far accogliere da un documento (*instrumento*, l. 6), non abbiano forza in altro modo se i documenti non sono stati scritti in bella copia, convalidati dalle sottoscrizioni delle parti e, se vengono scritti dal tabellione, da lui anche completati e infine consegnati alle parti, affinché a nessuno sia lecito, prima che tutto ciò sia avvenuto, rivendicare a sé dallo stesso contratto o dalla stessa transazione un qualsivoglia diritto o dalla brutta copia (*scheda*, l. 11) anche se ha la sottoscrizione di una o di entrambe le parti, o dalla bella copia stessa che non sia ancora stata completata e consegnata.